Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 1133
Quelle:
Copyright:

104. Ruodberto Comiti Mellentino. 154.
105. Odoni Archidiac. Aurelian. 155.
106. Vdalrico Fratri. 156.
107. Daiberto Archiep. Senon. 170.
108. Willelmo Archiep. Parif. 183.
109. Laurentio Monaft. Karitat. Monacho. 186.
110. *Sine Inſcript.* Nouerit ſancta *&c.* 189.
111. Bonę ſpei Fratri. 228.
112. Leſiardo Ep. Sueſſion. 229.
113. Hildeberto Ep. Cenoman. 232.
114. Monachis Columbenſibus. 192.
115. Pontio Abb. Cluniac. 231.
116. Humbaldo Ep. Autiſiod. 241.
117. Leſiardo Ep. Sueſſion. 246.
118. Epiſcopis Waloni Beluac. Guill. *&c.* 268.
119. Fratri Reinardo. 256.
120. Johanni Archiep. Lugd. 236.

Utut porro hae *Epiſtolae* frequentibus mendis non careant, quaedam tamen ad eas notare juverit. Epiſtola 6. *edit.* X. poſt illa verba: *non exterioris hominis pulchram*, infarctum habet *Alcuini* Prologum in *Libros III. de Fide S. Trinitatis* ad *Carolum* M. qui incipit *fol.* 8. *Domno glorioſiſſimo imperatori* &c. *Dum enim dignitas imperialis a deo ordinata* &c. et Prologo abſoluto *Libri* I. fragmentum a verbis c. 3. *Plane absque omni dubitatione credendum eſt* &c. usque ad verba c. 7. *ſimul unus Deus et unum lumen*, poſt quae a verbis: *putredinem. Sic enim de ſponſa chriſti legitis in pſalmo* &c. *Ivonis* Epiſtola reſumitur, quod, quo Librarii errore acciderit, non diſpicio. Epiſtola 26. edit. CCIV. *fol.* nobis 19. non habet ea, quae in edit. a verbis: *Praeterea diſſenſio eſt* &c. usque ad verba: *Scribat ergo paternitas ueſtra* &c. leguntur. Epiſtola 107. edit. CLXX. *fol.* nobis 65. p. 2. deſinit in haec verba: *nimia ſeueritas frangat;* omiſſis, quae in edit. ſequuntur. Epiſtola 115. in edit. CCXXXI. *fol.* nobis 71. p. 2. caret tota quaeſtione *de Conſignatione calicis*, quae in edit. prima eſt, et ſtatim tractat alteram *de monacho, qui in ignem cadendi juueni cauſa fuit*, et deinceps reliqua.

Quae Epiſtolis *Ivonis* adduntur in *Cod.* eſt I. Epiſtola *Johannis* Archiep. *Lugdun.* ad *Daimbertum* Archiep. *Senonenſ.* quae incipit: *Quoniam ſapienti pauca ſufficiunt* &c. et inter *Ivonianas* in edit. eſt numero CCXXXVII. nobis vero jam ad haec verba: *Utinam igitur frater* — —. abrumpitur. II. Brevis Notitia Ordinum Eccleſiaſticorum a prima Tonſura usque ad Epiſcopatum, cujus initium: *Katholica ęccleſia. id eſt. uniuerſalis congregatio. in tres ordines diſtinguitur. uidelicet in laicos. id eſt populares. laos enim grece. latine populus. in monachos. id eſt ſingulares. monos enim ſingularis dicitur. in clericos.*

cleros